BL. 1.24/8

SPECTATISSIMIS INTEGRITATE, ET SYNCERA

RELIGIONE, VIRTUTE ET SAPIENTIA VIRIS PLURIMUM OBSERVANDIS, *D. JOHANNI WINTHROPO*; CÆTERISQUE CONFOEDERATARUM NOV-ANGLIÆ COLONIARUM GUBERNATORIBUS ET MAGISTRATIBUS VIGILANTISSIMIS: UNA CUM REVERENDISSIMIS, DOCTISSIMIS, ET PETATE ORNATISSIMIS ECCLESARUM PRESBYTERIS:

Omnibus denique tàm in Veteri, quàm in Nov-Angliâ literarum & literatorum fautoribus benignissimis,

Theses has Philologicas & Philosophicas, quas [assirante Numine] Præside Henrico Dunstero, *publicè in Collegio Harvardino, pro virili defendere conabuntur, (quorum hic nomina subscribuntur) Adolescentes*

D. D. C. Q.

Johannes Alcocus.
Johannes Brocus.
Georgius Stirkus.
Nathanael Whitus.

THESES PHILOLOGICÆ.

Grammaticæ.

1. *Orthographia consuetudini serviens sæpiùs mutata est.*
2. *Græca lingua structura est maximè harmonica.*
3. *Aleph pro punctis ratione omnium vocalium sonum habet.*
4. *Nulla hebræorum puncta præter decem primariò constituunt syllabam.*
5. *Hebræi sententias contrahendo, sensum dilatant.*

Rhetoricæ.

1. *Oratio affectata est ridicula.*
2. *Oratoris est causam non bonam facere, sed demonstrare.*
3. *Natura non est ad actionem cogenda.*
4. *Verborum pondus à re profluat.*
5. *Insinuatio non est insimulatio.*

Logicæ.

1. *Scientiæ ad res novas inveniendas parùm valent.*
2. *Quò magis in notionibus à re disceditur, eò propiùs ad errorem acceditur.*
3. *Nullum physicè diversum est logicè idem.*
4. *Nihil est sui-ipsius causa.*
5. *Instrumenti vis consistit in usu.*
6. *Materia nullum est contrarium positivum.*
7. *Finis dat medijs modum.*
8. *Oppositorum dissensio est perpetua.*
9. *Relativè opposita non habent medium.*
10. *Quæ eidem sunt æqualia, ea & inter se.*
11. *Abstractum est forma concreti.*
12. *Genus dat æqualiter cuiq; speciei.*
13. *Definitio perfecta constituit axioma catholicum.*
14. *Infirmitas axiomatum parit distinctiones.*
15. *Præsens & præteritum immutabile est contingens.*
16. *Cujusdam immutabilis judicium est opinio.*
17. *Quæstio tutiùs exemplo quàm canone probatur.*
18. *Conclusio est ipsa quæstio virtualiter.*

THESES PHILOSOPHICÆ.

Ethicæ.

1. *Vitium ipsum est peccanti supplicium.*
2. *Actio virtutis non est penes hominem.*
3. *Finis non cadit in deliberationem.*
4. *Fortis non est sibi mortem consciscere.*
5. *Forti nil præter scelus est timendum.*
6. *Præstat maximum pati quàm minimum malum agere.*
7. *Difficilius est voluptati quàm iræ resistere.*
8. *Omne difficile non est molestum.*
9. *Veritas amicitiæ semper præferenda.*
10. *Amicitia virtutis imaginem respicit.*
11. *Præstat amari quàm honorari.*
12. *Ad res adversas amicos non invites.*

Physicæ.

1. *ARS Physica est à rebus discenda, non in mente fingenda.*
2. *Experientia certitudo theoriæ veritatem corroborare debet.*
3. *Scientia & potentia humana sunt æquè lata.*
4. *Natura parendo vincitur.*
5. *Quod contemplanti est instar causæ, id operanti est instar regulæ.*
6. *Intrinsecus naturæ motus est hominis imperceptibilis.*
7. *Lumen est lucis species.*
8. *Motus est propria causa caloris.*
9. *Anima nil patitur a corpore.*
10. *Operatio animæ pendet a corpore.*
11. *Vita est vnio formæ cum materia.*
12. *Synteresis fundatur in intellectu.*

Metaph:

1. *Materia metaphysica est forma physica sublimior.*
2. *Universale non aliter existit.*
3. *Malum rei entitatem non ingreditur.*
4. *Veritas est tantum unica.*
5. *Perfectum est cui nil debitum deest.*

Cantabrigiæ Nov: Ang: Mens: 5. Die 28. 1646.